

Exclamatio con  
libidinis

balem soluerunt figmenta. Capanie armis vincit. vicis  
est victus. Quod ergo hic exclamat Valerius dicens. ergo  
quod his vicis de quibus diximus fedi. quod tibi: quid etiam da  
nosius: que plura dana faciunt: quibus virtus atterit  
& conculat/victorie relaguescut gloria sopita. id est ac  
quisita in infamiam conuertitur. <sup>virescit</sup> anime et corporis  
piter expugnatur. et ad eo quod nescias ne ab hostibus capi  
an ab illis vicis perniciosus habendum sit. Que etiam &c. d  
¶ Ad euidenciam huius historie que longa est. nota quan  
dam fuisse ciuitatem prope romam: cuius memoria nunc non  
apparet. Ista autem ciuitas ita preclara: in qua tantum no  
biles & ingenui rempublicam gubernabant: que postquam  
luxuriose vixit in multa inconuenientia et mala incurrit  
que in ista narrantur. Erat autem nomen ciuitatis et patrie  
sicut dicitur <sup>volsinensis</sup> florentia non solum pro ciuibus: sed etiam pro pa  
tria tuscie. permittit ergo Valerius quod vicia que exerci  
tum Hannibalis confregerunt hanc ciuitatem destruxerunt  
bene dicit. que vicia volsinensium urbem grauibus et eru  
bescendis cladibus implicauerunt. Secundo describit  
bona que in ipsa erant. vt magis possint eorum opposita  
clarefcere vicia. & primo a rerum opulencia: quia erat opu  
lenta. secundo quia morigerata. vnde erat moribus et legi  
bus ordinata. Tercio in dignitate posita: quia etrurie  
caput habebat. Verum hic dicitur luxuria etiam vndante pro  
didit. & ideo subdit. Sed postquam luxuria prolapsa est in  
profundum iniuriarum et turpitudinis decidit: & mira  
mala quia primo venit in libertatem seruorum et sic in ea pri  
mo dominabantur serui. vnde ait vt insolentissime & presump  
tuosissime dominacioni suorum se subicerent. Illi quidem do  
minabantur: qui primum. admodum. id est valde. pauci sena  
torium ordinem intrare erant ausi & mox vniuersam rez  
publicam: non solum senatum ipsi serui occupauerunt. Se  
cundo ceterum. id est congregacionem et conuiuia ingenuorum  
et nobilium fieri vetabant. Tercio quia testamenta ad  
arbitrium suum scribi iuebant. Quarto quia filias domo  
rum in matrimonium ipsi serui fetidi ducebant. Quinto quia